

Cambridge University Press

978-1-108-05336-5 - Flores Historiarum: Volume 3: A.D. 1265–A.D. 1326

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

FLORES HISTORIARUM.

De discordia inter comites Leycestriæ et Gloverniæ. A.D. 1265.

Anno gratiæ MCCLXV^o.¹ Ortis simultatibus et controværsiis inter Simonem de Monte Forti comitem Leycestriæ, et Gilebertum de Clare comitem Gloucesteriæ, præ cunctis transactis inmanior extitit perturbatio in regno. Causa fuit, ut fertur, principalior civilis discordiæ ac incentivum invidiæ inter eos, quod comes Leycestriæ regem tenuit in custodia et duxit per regnum pro voluntate sua, omnia castra ipsius suæ ditioni mancipando, necnon et emolumen² rei publicæ, quod de jure inter eos debuerat esse commune, necnon et redemptiones captivorum sibi et filiis suis plus æquo totaliter vendicabat. Consul igitur Gloucesteriæ, mota turbatione primo et principaliter in marchisios superius memoratos, marchiones qui debuerant ex edicto comitis Leycestriæ, ut prelibatum est, regnum exivisse ad tempus, sibi adjunxit in adjutorium, necnon et Johannem de Varenne et Willelmum de Valence, nuper in partibus Penbrochiæ manu armata applicatos. Quibus causa resistendi partes adiit Herefordiæ comes una cum rege sibi supplici et acclini, cui necesse erat de necessitate facere virtutem, consilio ejus utpote qui fuerat ad idem tempus ex toto suppositus. Ad

¹ The short accounts in MS. Eton come to an end after that for the year 1265; there is then an elaborate résumé of the events of

the barons' war, quite different from what is given in the Chetham MS. It is printed in the Appendix I.

² *emolumen*] emuliuntur, W.

Cambridge University Press

978-1-108-05336-5 - Flores Historiarum: Volume 3: A.D. 1265–A.D. 1326

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1265. horum ergo procerum et magnatum pristinæ considerationis concordiam revocandam, super articulorum quam plurimum calumpnia et transgressione petita correctione præstitoque hinc inde juramento, elaboratum est per episcopos et alios; sed agente zabulo pacis inimico et zizanniam superseminante, quicquid in hac parte actum est transitorium¹ fuit et inane.

Quomodo Edwardus evasit. Nam Edwardus qui ad hoc adjutor præcipuus et ferventior præ ceteris sperabatur extitisse, parte altera consentiente, cum ad spatiandum die Jovis in ebdomada Pentecostes extra Herefordiam divertisset, a militibus comitis, quos secum duxerat, recessit ex inopinato, cautela quadam vulpeculari fretus, quem cum duobus militibus et quatuor scutiferis tantum, propositi sui consciis, sic evasis exceptit gaudenter Rogerus de Mortuo Mari, qui non longe ab his existens in insidiis armatus adduxit Wygemorum castrum. Omnes ergo marchisi et consul Gloucesteriæ, sed et fugitiivi incarceratorum amici, venerant in fortitudine grandi,

sic ut in brevi et per maximus adunaretur exercitus. Sed cum tōto comitatu subdit sibi Cestriam et Salopiam. At Bruiges et Ludelawe bellicis insultibus brevi obsidione nacti² sunt. Ac deinde, redditia sibi Wygornia, venerunt Gloverniam, quam comes Leycestriæ armatus multis, videlicet quinque vexillariis cum sua familia et equis circa tres centum, potenter pridem instaurarat, et eam viriliter expugnantes, insultu introierunt, ceteris in castello fugere compulsi, qui per³ quindécim dies . . .⁴ tandem castrum reddiderunt⁵ die videlicet Apostolorum Petri et Pauli, jurantes quod de cætero contra prædictos arma non portarent.

Custodes castri Glovernia jurabant non portare arma ad. versus E. etc.

¹ *transitorium*] transatorium, Ch.; frustra, T.; trufatorium, A. N. W.; transsatorium, Cl.; tractatorium, Re.

² *nacti*] Ch. has interlined, vel capti.

³ *per*] om. T. W.

⁴ A word, perhaps *resistentes*, is missing.

⁵ *reddiderunt*] restiterunt, W.

Cambridge University Press

978-1-108-05336-5 - Flores Historiarum: Volume 3: A.D. 1265–A.D. 1326

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

HISTORIARUM.

3

At econtra Simon de Monte Forti castrum Mone- A.D. 1265.
 mute, quod nuper comes Gloucesteriæ in suam recepe- *Simon cum rege tendit ad*
 rat ditionem, obsedit iterum, cepit, atque prostravit. *mare Wallie.*
 Exinde gressus suos dirigentes rex et ipse in interiorum Neweporte in hostio fluminis Oscae situm per
 usque Sabrinum Bristollas pertransirent, terram contra
 ripam prædictam et ultra ferro et flamma hostiliter
 fecit idem comes devastari, scilicet manu Lewelini *Nota stragem.*
 principis, vi potitus auxiliari¹, nec muliebri nec
 ætati infantili differebatur, quin uterque sexus alicubi
 tam in ecclesiis quam extra misere cruciaretur atque
 crudeliter captivaretur. Cum² igitur summarii per
 abrupta montium et silvarum ad Bergeveni eodem die
 ad domum regis et consulis ad naves comportarentur,
 ac pro parte magna introducerentur ut Bristollas *They are driven back.*
 navigarent, ecce exercitus partis alterius magnus et
 terribilis, ex adverso irruens, aperte positis insultum
 nautis ac ceteris in villa existentibus dedit acerrime,
 ita ut rex et comes, relictis tandem rebus suis in
 puppibus, ponte fracto et villa incensa, in partes Here-
 fordensibus revertere compellerentur, illuc autem con-
 fugium nacti supprenum.

Namque, ut prædictum est, omnis marchia præter *Omnis pene marchia ditioni E. subjecta est.*
 ipsos a Cestria usque Gloverniam et ultra ditioni
 domini Edwardi circa hos dies erat exposita et sub-
 jecta per duos menses et amplius, præter tempus quo
 terram invaserant. Comes Glovernianæ moram faciebat
 tædiosam in Angliam; redire aut flumen pertransire
 Sabrinæ, ceteris insidias agentibus et viam eis a parte
 ista præcludentibus, minime præsumebant. Nec multum
 temporis decurrit a medio cum et comes Ley-
 cestriæ, assumpto secum rege, villam et prioratum
 invasit Lemistre, incitamento, ut fertur, Herefor-

¹ auxiliari] auxiliarum, Ch. | ² Cum incendit (p. 4)]
 Cl. | om. N.

Cambridge University Press

978-1-108-05336-5 - Flores Historiarum: Volume 3: A.D. 1265–A.D. 1326

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1265. rīæ, quam et destruxit miserabiliter et pro parte magna incendit.

Bellum¹ de Evesham.

- Battle of Evesham. [Comes igitur Gloverniæ, veneno diabolico intoxicatus, vestigia proditoris iniquissimi Judæ secutus est, qui licet antea ipse et comes Leycestriæ cum multis aliis innumerabilibus pari juramento astricti fuissent et pro libertatibus terræ mori affectassent, postea vero comite Symone cum sacramento suo et fidelitate relicto partibus Edwardi se adjunxit, qui scilicet] in festo sancti Petri ad Vincula, Edwardus et comes Gloverniæ Gilbertus exeuntes cum exercitu suo magno et mirabili de Wygornia sero venerunt ad Keneylewrthe summo diluculo, et ibi multos milites, tam barones vexilliferos circifer xiii. quam alios, ceperunt in lectis ex inopinato cum equis suis electissimis et sarcinis rerum suarum opulentissimis extra castrum decubantes, videlicet in prioratu. In crastino quidem, qui tunc erat dies Dominicus, Henricus rex et comes Simon de Monte Forti [inglorius et de nequicia proditorum inconsolabiliter dolens, ut dicitur, *omne regnum in se divisum desolabitur,*] valida manu venerunt de Herefordia usque Kemeseye, villam episcopi, quæ est in vicinio Wygorniæ, ubi et diem crastinum continuarunt, quamvis exercitus ille non modicus domini Edwardi non longe abasset, qui tunc cum [execrabilis] triumpho reversus de Keneylewrthe in civitate prædicta incedit. Cum igitur bellum hinc inde committendum die Martis sequenti, quæ fuit pridie nonas Augusti, partibus in eisdem pro certo autumaretur, rex et comes iter arripuerunt in ipso noctis silentio versus Evesham, ubi ad repausandum sive reficiendum se et exercitum suum fato infelici substiterunt. Exercitus namque prædictus,
- Aug. 2. Aug. 4.

¹ The rubr. om. Ch.

Cambridge University Press

978-1-108-05336-5 - Flores Historiarum: Volume 3: A.D. 1265–A.D. 1326

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

HISTORIARUM.

5

cui egregius ille juvenis ac miles elegantissimus, do- A.D. 1265.
 minus Edwardus regis Henrici primogenitus praeerat, *Bellum*
 comperto eorum recessu de Kemeseya, impetu ineffabili *Eves-*
 eos insequitur, cui¹ occurrens comes Simon extra Eves- *hamiae die*
 ham cum rege, quem in custodia detinuit, bellum in- *Martis*
 tulit hora diei tertia, qui vere dies Martis fuit et dici *hora tertia*
 potuit, in quo ipse occubuit in primo conflictu,¹ omnes- *inchoatur.*
 que qui cum eo fuerant milites² pæne interfecti sunt
 et capti, vulnerati brevissimo diei intervallo, mole mag- *Quinque*
 nitudinis cæterorum oppressi. Pedites vero Walenses, *milia*
Walensium qui ad quinque milia æstimabantur, fugam primitus *perimun-*
 inierunt, qui in segetibus³ et gardinis ac per patriam *tur.*
 circumcirca confugientes inventi sunt postea et pe-
 rempti.

Porro rex Henricus in eodem bello extitit vulne- The king
 ratus, et nisi gratia Dei ipsum conservasset, morti wounded.
 esset addictus. Et mirum dictu, nisi quod multitudo
 grandior militum electorum et satellitum bellatorum
 fuerat eorum, pauci ex parte illa ceciderunt, immo

¹⁻¹ *cui . . . conflictu]* For this
W. has :

Quia comes Symon comperiens comitem Gloveriæ dolo fluctuantem et in se insurgentem cum omnibus fere terra nobilibus qui partem suam de jure deberet favere, noluit diutius tempus protrahere. Qui propter libertates patriæ et propter jusjurandum suum mortem subire non timens, se cum suis, licet numero paucissimis, ad viam salutis aternæ partis seras portarum dissolvi præcepit et constanter cum rege quem in custodia detinuit, extra Evesham eis occurrens inter densitates acierum inimicarum lora direxit, viriliter hinc inde dimicando; sed nil valuit quia non erat qui adjuvaret. Bellum intulit hora diei tertia, qui vere dies Martis fuit et dici potuit, in

quo ipse comes scilicet Leicestriae, Symon de Monte Forti, fidelissimus in se: mone et operibus coram S. Luc. Deo et omni populo atque inter xxiv. 19. omnes mundanos bellator strenuissimus et sagacissimus, in primo scilicet conflictu, omnibus Anglicis nationibus valde lamentabili, proth dolor, imperfectus est. Cum quo omnis labor et omne studium diu præcogitatum cecidit. Tenebrae S. Matt. vero factæ fuerunt super faciem xxvii. 45. terra per spatium unius hora diei. Multa autem alia miracula seculis inaudita pro ejus amore Creator omnium rerum dignatus est operari, qui tractatus exigerent speciales.

² *milites]* equites is interlined in Ch. It is in the text in T. W.

³ *segetibus]* segitibus, MSS. exc. W.

Cambridge University Press

978-1-108-05336-5 - Flores Historiarum: Volume 3: A.D. 1265–A.D. 1326

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1265. quasi nulli; unus miles et unus armiger eo quod signum suorum commilitonum in brachio non portassent, a sociis suis ut fertur interfecti sunt. Namque erant omnes hi rubeo signo in brachiis ambobus cruce signati, ac cæteri partis adversæ omnes cruce alba ante et retro insigniti. Quorum magnatum nomina occisorum hæc sunt, videlicet Simon de Monte

Nomina occisorum in bello de Evesham. Forti, comes Leycestriæ, qui capite, manibus, pedibusque truncatus¹ in² campo interiit. Item Henricus de Monte Forti filius ejus, Petrus de Monte Forti, Hugo Dispensator, justiciarius Angliæ, Willelmus de Mandevile, Radulphus Bassat, Walterus de Creppinges, Willelmus de Eboraco,³ Robertus Tregos, et multi alii nobiles ibidem occubuerunt, quorum animabus propicietur Deus.

Nomina captorum et vulneratarum [in bello de] Evesham. Nomina vero vulneratorum magnatum et captorum sunt hæc; Gwydo de Monte Forti, filius comitis prædicti, Johannes filius Johannis, Henricus de Hastings, Hunfredus de Boun junior, Johannes de Vesey, Petrus de Monte Forti junior, Nicholaus de Segrave.⁴

Civitas Londoniarum liberatibus privatur et cives incarcerantur. Bello⁵ igitur Eveshamie viriliter consummato, rex et regni proceres apud Wintoniam ordinarunt, quod ditiores civitatis Londoniarum in carcerem truderentur, quod cives antiquis libertatibus privarentur, et quod stipites et cathenæ, quibus fuerat civitas roborata, de medio tollerentur, pro eo quod Symoni⁶ de Monte Forti, comiti Leycestriæ, in regis contemptum et etiam dampnum regni, fortiter adhæserunt, quod et totum factum est. Nam potentiores civitatis apud castrum de Windesore carceri fuerant mancipati, qui postmodum poena pecuniaria ad summam non modicam mulcta-

¹ *truncatus*] truncatis, W.

² *in campo interiit*] et sic cum palma martirii ad æthera transcedit, mercedem laborum suorum in regno cœlorum recepturus, W.

³ An error for Ebroicis, *William Devereux*. The next clause om. N.

⁴ T. W. ins. here “Hic deberet

“ inscri illud dictamen eleganter,

“ *Quis dabit capiti mei aquam?*” See this in the Appendix I., from MS. E.

⁵ This is in E.

⁶ *Symoni . . . comiti*] Symon . . . comes, E.

Cambridge University Press

978-1-108-05336-5 - Flores Historiarum: Volume 3: A.D. 1265–A.D. 1326

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

HISTORIARUM.

7

bantur. Libertas fuit civibus interdicta, et Turris A.D. 1265. Londoniarum per stipites et catenae civitatis fortior fuit facta. Post¹ hæc [autem] apud Westmonasterium *Sententia* in festo translationis beati Edwardi, sententia exhaeredationis in regis adversarios ferebatur, quorum terras rex suis fidelibus contulit sine mora. Quidam vero exhaeredatorum suas possessiones, data pecunia, redeservios. merunt. Alii congregatis viribus in nemoribus latuerunt, degentes miserabiliter solis spoliis et rapinis, quorum potentior et ad malum promptior² fuerat Robertus, comes [de] Ferrariis, qui ea conditione fuit in integrum restitutus, ut si quoquo tempore a regis fidelitate recederet, suum perderet comitatum. His temporibus, Guido et Simon, filii comitis [quondam] Leycestriæ, a carcere et custodia evadentes, partes Galliae petierunt, sperantes per novam seditionem mortem patris sui per alienigenas vindicare et sibi Angliam subjugare. Sed Dei providentia, quod inceperant, consummare non poterant, eo quod in vanitatibus et miseriis dies eorum, sicut patebit inferius,³ defecerunt.⁴

Quod castrum Doverice regi redditur.

Anno⁵ Domini⁶ MCCLXVI^o. Rex Henricus tenuit Natale apud Westmonasterium, ubi fuerat maximum parliamentum⁷ nobilium, in quo fuerat salubriter ordinatum, quod in quolibet comitatu sumptibus regiis unus fieret capitaneus, qui cum auxilio vicecomitis arceret prædonum rabiem truculentam. A rapinis ergo multi

*In quolibet
comitatu
unus capi-
taneus con-
stituitur.*

¹ *Post . . . pullulavit* (p. 8)] om. N.

dicto, E., and thus the years in E.

are one behind those in Ch. Ch.

² *promptior*] pronior, E.

had MCCLXV., but the numbers of

³ *inferius*] om. E.

this and the following years down

⁴ There is another addition here in E.; it will be found in the Appendix I.

to 1271 have been altered, and so

A. W.; Cl. Re. T. have MCCLXV.

⁵ Here E. again agrees with Ch.

⁷ *parliamentum*] sic Ch.; par-

⁶ *Domini MCCLXVI.] gratia supra-*

lementum, E.

Cambridge University Press

978-1-108-05336-5 - Flores Historiarum: Volume 3: A.D. 1265–A.D. 1326

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1266. timore perterriti cessaverunt; cœpit potestas regia respirare, et pax quodammodo pullulavit. Audientes Siege and capture of Dover Castle. igitur quidam nobiles, qui in castro Doveriæ in carcere tenebantur, quod domino suo regi prospera contingebant, spiritu hausto fortitudinis, turrim castri viriliter occupabant, suis custodibus resistentes. Quod cum regi et primogenito suo Edwardo innotuerat, ad castrum Doveriæ properarunt, illud etiam manu valida obsidentes. Custodes igitur castri, adversariis circumsepti, miserunt legationem ad regem, ea quæ sunt pacis rogantes; salvis igitur¹ singulis vita, membris,² equis, armis, et cæteris necessariis, castrum regi protinus reddiderunt. Inde transiens Edwardus, miles strenuus, rex futurus, terras³ maritimas perlustravit, quosdam de habitatoribus Quinque Portuum propter sua demerita⁴ puniens, quosdam terrens, quosdam vero ad pacem benigne suscepit. Soli municipales de Winchilse sibi resistere nitebantur, sed eorum municipium per insultus validos Edwardus optinuit, ad cuius ingressum multus sanguis noxius est effusus; et parcens multitudini, jussit ne de cætero spoliis intenderent in piratis. Sic in mari facta est tranquillitas magna nimis.

Edward goes through the coasts.

Winchel-sea resists, but is reduced.

S. Matt. viii. 26.

Pope Clement IV.

Urbanus⁵ Papa⁶ cum jam prius obierat, Clemens Papa quartus successit; qui⁷ nuper in minori officio constitutus, Guydo cardinalis Sabinensis vocatus, a papa Urbano in Angliam destinatus, ut ibidem legationis officio fungeretur, juxta mare in villa, quæ nuncupatur Bolonia traxit moram, eo quod terram ingredi non poterat Anglicanam propter mani-

¹ igitur] sibi, E.

² membris] membro, E.

³ terras maritimas] terram mari-timam, E. T. W.

⁴ demerita] detrimenta, E.

⁵ Urbanus . . . remiserunt (p. 10)] om. N.

⁶ Papa . . . obierat] over erasure in Ch. The other MSS. have “ Urbanus obiit Papa quartus, cui “ Clemens Papa quartus successit.” The words are omitted in Cl.

⁷ qui] from here to the end of the year om. Re.

Cambridge University Press

978-1-108-05336-5 - Flores Historiarum: Volume 3: A.D. 1265–A.D. 1326

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

HISTORIARUM.

9

festam contradictionem baronum et episcoporum A.D. 1266.
 responsionem sophisticam; sententiam excommunicationis protulit in rebelles, et ad curiam Romanam, unde venerat, est reversus. Factus igitur¹ pater patrum, petente rege Henrico, destinavit in Angliam per consilium cardinalium Ottobonum, sancti Adriani diaconum cardinalem, qui cum rubeis in Angliam veniens [indumentis], in ecclesia Westmonasteriensi congregato concilio, fecit mandata apostolica publicari, qui, suæ legationis fungens officio, excommunicationis² sententiam in regis adversarios fulminavit. Processu temporis episcopos,³ Henricum Londonensem, Johannem⁴ Wintoniensem, et Stephanum Cicestrensem, qui partem adversariorum regis fovebant, ab officio et beneficio suspendebat, et quia appellationis fungebantur remedio, jussit quod infra trimestre tempus se Papæ conspectui præsentarent, qui ad curiam venientes fortunæ casus volubiles expectabant. Dominus Ricardus⁵ Lincolniensis episcopus, forte sibi pacem redimens propter tempus, misericordiam, non judicium, impetravit. Dominus Walterus Wygorniensis antistes, in articulo mortis positus, se dicebat errasse fovendo partem Simonis de Monte Forti, et super hoc litteras ad legatum direxit, petens beneficium absolutionis, quod optimuit, et decessit. Interim quidam nobiles, exhaeredationis⁶ sententiam non ferentes, insulam de Haxiolum occupaverant, ad quos undique confluxerunt viri, quorum pedes⁷ velocius ad rapinam, adjacentem patriam devastantes. Hos adiens Edwardus,⁷ miles egregius, eorum

He had
excommuni-
cated
the rebel-
lious ba-
rons.

Cardinal
Ottoboni
sent into
England.

Death of
bishop
Walter de
Cantelupe.

The disin-
herited
occupy the
isle of
Axholme.

Ps. xiii. 3.

¹ *igitur*] est, E.

² *excommunicationis*] om. E.

³ *episcopos*] om. E.

⁴ *Johannem*] so E.; N., Ch.; S., Cl., omitting S. afterwards.

⁵ *Ricardus*] om. E.; Robertus, W.

⁶ *exhaeredationis*] exhereditati-
onum, E.

⁷⁻⁷ *pedes . . . Edwardus*] this omitted in the text, is given at the foot of the page in Ch.

Cambridge University Press

978-1-108-05336-5 - Flores Historiarum: Volume 3: A.D. 1265–A.D. 1326

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

10

FLORES . . .

- A.D. 1266.** colligationes dissolvit, volentes nolentesque ad pacem redire coegit, qui de pace servanda corporale sacramentum apud Londonias postea præstiterunt. Sed jurati quamtocius erraverunt. Totam namque Angliam commotione maxima commoverunt. Rarus aut nullus locus in Anglia fuit tutus, eo quod terra vispilionibus erat plena. Apud castrum ergo Kenelwrthe quidam incolæ et degeneres confluxerunt, illud de rapina habitantium in circuitu munientes. Vexillum Symonis junioris, qui in Galliis morabatur, protinus exerunt, ipsum illius castri¹ proclamantes dominum et hæredem. Quibus auditis, rex quendam ad eosdem de suis nuncis destinavit, mandans per litteras regias, ut desisterent ab inceptis. Quem mancum ad regem cum protervis responsionibus remiserunt. Interea primogenitus regis Edwardus, per silvam de Aultone transitum faciens, quendam militem, Adam Gurdun de secta exhæredatorum, reperit in eadem insidias transeuntibus facientem, quem subito præoccupatum cum suis jussit ut arma sumeret et resisteret sicut fortis. Qui statim filium regis congressu aggreditur singulari, pugnans viriliter cum eodem. Sed finaliter succubuit sauciatus, cuius audaciam commendavit Edwardus, jubens apponi catheplasmata vulneribus sauciati, hostem ipsum non reputans, sed tanquam hospitem secum ducens. Satellites vero ipsius jussit in roboribus² silvæ suspendi. In³ partibus Borealibus comes [de] Ferrariis, contra suum sacramentum nuper præstitum, cum copioso exercitu vagabatur, contra quem dirigebatur dominus Henricus, primogenitus regis Alemanniæ, qui eundem comitem devictum vincutum Londonias secum duxit, sibi adquirens laudis titulum pro triumpho.³
- Vexillum
Symonis
Montfort
junioris
apud
Kenel-
worthe
erigitur.*
- Nota de
singulari
congressu
Edwardi
et A. Gur-
dun.*
- Henricus
de Almania
cepit comi-
tem de
Ferrariis.*
- Bishops of
Norwich.*
- [Eodem anno obiit Symon de Walton episcopus MS. Cl. Norwicensis, cui successit Rogerus de Skeringe prior; et Nicholaus de Bramerton electus est in priorem.]

¹ *castri]* om. E.² *roboribus]* arboribus, E. T. W.³⁻³ *In . . . triumpho]* om. N.